

# Festum Circumcisionis Domini.

77

& laudabile. In sermonib. sc̄līnis pag. 31. col. 1. Tom. 16.

S. ZENONIS VERONENSIS sermo in quo. I. agit acriter de Circumcisione carnali contra Iudeos, ostendens illam non esse necessariam ad salutem, sed fuisse figuram & typum Circumcisionis secundæ, (hoc est, spiritialis & mysticæ) per Iesum Naue, (id est Iesum Christum Dominum nostrum completae; scriptum est enim: *Et dixit Deus ad Iesum, fac tibi cultellos perrinos nimis acutos: & abscinde, circumcidique secundum filios Israël.*) De hac autem cordium Circumcisione non manu sed spiritu facta, II. differit. III. denique variae & appositæ anthitheses, utriusque circumcisionis carnalis & spiritialis inferuntur. Tom. 2. Bibliotheca Patrum a col. 742. ad col. 747.

In Vigilia Epiphaniae.

\* IOANNIS THAVLERI sermo in illud Matth. 2. Accipe puerum & matrem eius, & vade in terram Israël. Vbi I. agit contra spiritualium præsumptionem. II. Opus esse magna strenuitate, & præsertim gratia Dei, ut tribus hostibus repugnare possimus; mundo, carni, & diabolo. III. His deuictis adhuc debere hominem sollicitum esse, exemplo Ioseph, & patienter omnia adversa tolerare. IV. Tractat de prælatorum sollicitudine sub tipo Ioseph. V. Exemplum bene vivendi in ipso Salvatore proponit. apag. 68. usque ad 72.

## FESTVM EPIPHANIAE Domini.

\* B. ALBERTI MAGNI sermo Bi. ad ea verba: *Intrantes domum inuenierunt puerum cum Maria matre eius & procidentes, &c.* Cum hi qui adorant fuerint reges, & sapientes, & primitiae gentium; I. moraliter à nobis quinque requiri vult. I. vt simus reges, quorum regnum sit anima, disponenda vt Christus in ea regnet. 2. vt simus magi, id est sapientes, nobis in posterum prouidentes. 3. vt simus fideles animæ nostræ &

A eius saluti. 4. Humiles. Deum timentes & ei obedientes. 5. Misericordes, in pauperes. II. Per stellam noturi gratiam Dei, quæ sicut Magis, ita & nobis dux viæ ad gloriam fiat. III. Domus ergo ad quam stella dicit, significat æternam, gloriam ubi Iesus inueniatur sedens in regali solio. Tom. 12. serm. 12. de temp. a pag. 29. col. 1. ad 31. col. 1.

Eiusdem sermo 2. Ostendit Magos peroro Iesu munera tria obtulisse; quibus expresserunt, quid de eo crederent; esse Deum, Regem & mortalem. Et quis esset: erat myrrha per passionis amaritudinem. Erat thus, ad placandum Deum. Erat aurum, ad decorandos electos, velut annulo, fibula & corona. Addit pereadani munera indicari, offerenda esse Deo munera. 1. via austritatem. ut myrram. 2. thus deuotionis, vnde gaudia 12. dimanant. 3. aurum pretiosæ charitatis; quod quemdum est in infantia Iesu, velut in Ophir; in aspera passione, velut in Etiath; in eius glorificatione, velut in Tharsis. Ibid. serm. 13. de temp. a pag. 31. col. 1. ad 34. col. 1.

ALBIN. FLAC. ALCVINVS, ET A MALARIVS FORTVNATVS agunt de Theophania & òratiō ac de huius festivitatis officio; iste quidem lib. 4. de diuinis officiis cap. 33. in Auctari. Biblio b. Patr. Tom. 1. col. 488. Ille autem lib. de diuin. off. titul. de Theoph. vel Epiph. ibidem col. 229.

S. AMBROSII sermo primus de mysterio Epiphaniae Domini, & quomodo solemnitatem eius populus dignè valeat celebrare; totum aitem Euangelium mysticæ & appositæ explicat; Vbi multa præclara & præsertim de donis ac muneribus. Tom. 5. col. 16.

Item eiusdem sermones alii quide Epiphania inscribuntur & tamen nihil de Magis loquuntur sed tantum aut de conuersione aquæ in vinum, aut de baptismo Christi Domini. Ibidem consequenter.

S. AVGVSTINI sermo primus in hac celebritate duo complectitur; Vnum est de Christi baptismate hodie facto,